1387. d. 11. Augusti. Ex Orig. Arch. Regni.

153.

43

Halicz datur Vladislao regi ab Alexandro Vitholdo duce Brestensi et aliis

Nos Alexander alias Vitoldus Dei gratiâ dux Brestensis et Horadiensis &c. una cum fratribus nostris dilectis eadem gratiâ ducibus, videlicet Georgio, alias ~~debetur~~ Dowkhont Fedorio de Rathin, Wassilio de Pinsko Fedorio de Ladomiria Cheorio de Sluczsko et Symeone Stepansky, et universis quibus expedit praesentem literam inspecturis protestamus. Quod cum Benedictus pro tunc woiewoda Halicensis cum socio suo Luca et alios non valentes resistere potentiae nostrae, castrum memoratum Halicz in manus serenissimi principis domini Vladislai Dei gratiâ regis Poloniae &c. contribueret, unde nos eidem Benedicto verbo nostrae maiestatis praemisimus et praesentibus praemittimus: quod domino nostro gratiosissimo domino Vladislao rege Poloniae fratre nostro charissimo praenotato, quod ipsum Benedictum favore et gratiâ spetiali prosequi tenere, tanquam suum sibi

fidelem et dilectum. Cæterum eidem Bene-
dicto sine dolo et fraude promittimus et
spondemus pro omnibus dampnis et hære-
ditatibus suis et omnes inimititias, quascun-
que cum terrigenis, civitatibus, vellanis, mer-
catoribus et aliis hominibus cuiuscumque
status vel condtionis existant, idem Bene-
dictus cum suis omnibus familiis contra-
xit et perpetravit sine tempore tenere
dicti castri Halicz ab eisdem dominus no-
ster rex Poloniæ ac frater noster dilectus
tenere ipsum defendere, protegere excusari.
Datum in crastino sancti Laurentii martyris
gloriosi, annô Domini millesimô trecentesi-
mô octuagesimô septimô.

Ta kopia wypisana z oryginału pargamino-
wego 1785. roku. d. 17. maia u które-
go visi iedna pieczęć cała a dwie oderwane.